

## Secreta

Ecclésiæ tuæ, quaesumus, Dómine, unitátis et pacis propítius dona concéde: quæ sub oblátis munéribus mýstice designántur.

## Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeternæ Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quern maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus.

## Communio

Quotiescúmque manducábitis panem hunc et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat: itaque quicúmque manducáverit panem vel bíberit calicem Dómini indigne, reus erit córporis et sánguinis Dómini, allelúia. (1 Cor 11:26-27)

1. Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: in páscuis viréntibus me collocávit.
2. Super aquas quiétis edúxit me, ánimam meam refécit.
3. Dedúxit me super sémitas justítiae propter nomen suum.
4. Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non timébo mala, quóniam tu mecum es.

## Postcommunio

Fac nos, quæsumus, Dómine, divinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri: quam pretiósí Corporis et Sanguinis tui temporalis percéptio præfigúrat.

## SEKRETA

Prašome, Viešpatie: savajai Bažnyčiai suteik vienybės ir ramybės dovanas, kurios paaukotomis atnašomis slėpiningai žymimos.

## BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina Angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios Kariaunos, taip pat ir palaimintieji Serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

## KOMUNIJA

Kiekvieną kartą, kai valgysite šitą duoną ir gersite iš šios taurės, skelbsite Viešpaties mirtį, iki kolei jis ateis; tokiu būdu kiekvienas, kuris nevertai valgys Viešpaties duoną ar gers iš Jo taurės, bus kaltas dėl Viešpaties kūno bei kraujo. (1 Kor 11:26-27)

1. VIEŠPATS mane gano, – man nieko netrūksta. Žaliose pievose mane paguldo.
2. Prie ramių tvenkinių mane gano. Jis atgaivina mano sielą.
3. Veda mane teisumo takais, kaip dera jo vardui.
4. Nors einu per tamsiausią slėnį, nebijau jokio pavojaus, nes tu su manimi.

## POSTKOMUNIJA

Prašome, Viešpatie, padaryk, kad taptume pripildyti amžinojo gėrėjimosi tavąja dievyste, kurį tavo brangiausiojo Kūno ir Kraujo laikinasis priėmimas iš anksto formuoja.

## Proprium Missæ

# FESTUM SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI ŠVČ. KRISTAUS KŪNO ŠVENTĖ (DEVINTINĖS)



## Introitus

**Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúia: et de petra, melle saturávit eos, allelúia, allelúia, allelúia.**

*Ps. Exsultáte Deo, adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob. (Ps 80:17, Ps 80:2)*

## Collecta

**Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tribue, quaesumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiúnis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus.**

## Epístola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios (1 Cor 11:23-29)*

**Fratres: Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradébatur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accípite, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter ei cálicem, postquam cenávit, dicens: Hic calix novum Testaméntum est in meo ságuine. Hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc vel bíberit cálicem Dómini indigne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum**

## INTROITAS

Pamaitino juos grūdų riebalais, aleliuja; ir medumi iš uolos juos pasotino, aleliuja, aleliuja, aleliuja.

*Ps. Džiaukitės Dievu, mūsų padėjėju, šlovinkite Jokūbo Dievą. (Ps 80:17, Ps 80:2)*

## KOLEKTA

Dieve, kuris Sakramente savo įstabiosios kančios atminimą mums palikai, įgalink mus, prašome, šventąsias tavo Kūno ir Kraujo paslaptis taip garbinti, kad tavojo atpirkimo vaisių savyje visada patirtume.

## EPISTOLĖ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (1 Kor 11:23-29)*

Broliai, aš tai gavau iš Viešpaties ir tai perdaviau jums, kad Viešpats Jėzus tą naktį, kurią buvo išduotas, paėmė duoną ir, sukalbėjęs padėkos maldą, laužė ir tarė: „Tai yra mano kūnas, kuris už jus atiduodamas. Tai darykite mano atminimui“. Taip pat po vakarienės jis paėmė taurę ir tarė: „Ši taurė yra Naujoji Sandora mano kraujuje. Kiek kartų gersite, darykite tai mano atminimui“. Taigi, kada tik valgote šitą duoną ir geriate iš šitos taurės, jūs skelbiate Viešpaties mirtį, kol jis ateis. Todėl kas nevertai valgo tos duonos ar geria iš Viešpaties taurės, tas bus kaltas Viešpaties Kūno ir Kraujo. Teištiria žmogus pats save ir



homo: et sic de pane illo e dat et de calice bibat. Qui enim mánducat et bibit indígne, iudícium sibi mánducat et bibit: non diiúdicans corpus Dómini.

## Graduale

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno.

V. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictióne. (Ps 144:15-16)

## Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, in me manet et ego in eo. Alleluia. (Ioann 6:56-57)

## Sequentia

Lauda, Sion, Salvatórem, / lauda ducem et pastórem / in hymnis et cánticis.

Quantum potes, tantum aude: / quia maior omni laude, / nec laudáre súfficis.

Laudis thema speciális, / panis vivus et vitális / hódie propónitur.

Quem in sacræ mensa cenæ / turbæ fratrum duodénæ / datum non ambígitur.

Sit laus plena, sit sonóra, / sit iucúnda, sit decóra / mentis iubilátió.

Dies enim sollémnis agitur, / in qua mensæ prima recólitur / huius institútió.

In hac mensa novi Regis, / novum Pascha novæ legis / Phase vetus términat.

Vetustátem nóvitas, / umbram fugat véritas, / noctem lux eliminat.

Quod in coena Christus gessit, / faciéndum hoc expréssit / in sui memóriam.

Docti sacris institútis, / panem, vinum in salútis / consecrámus hóstiam.

Dogma datur Christiánis, / quod in carnem transit panis / et vinum in sánguinem.

Quod non capis, quod non vides, / animosa firmat fides, / præter rerum órđinem.

Sub divérsis speciébus, / signis tantum, et non rebus, / latent res exímiae.

Caro cibus, sanguis potus: / manet tamen Christus totus / sub utráque spécie.

tada tevalgo tos duonos ir tegeria iš tos taurés. Kas valgo ir geria to Kūno neišskirdamas, tas valgo ir geria sau pasmerkimą.

## GRADUALAS

Visų akys tavimi viliasi, Viešpatie; ir tu duodi jiems maisto tinkamu metu.

V. Tu atveri savo burną ir pripildai kiekvieną gyvą būtybę palaimos. (Ps 144:15-16)

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Mano kūnas išties yra maistas, ir mano kraujas išties yra gėrimas; kas valgo mano kūną ir geria mano kraują, pasilieka manyje ir aš – jame. Aleliuja. (Jn 6:56-57)

## SEKVENCIJA

Šlovink, Sione, Išganytoją, / Šlovink vedlį ir ganytoją / Himnais ir giesmėmis.

Kiek tik gali, tiek ir išdrįski, / Kadangi Jis didesnis už visą šlovę, / Ir tavo šlovinimas pakankamas nebus. Gyriaus tema ypatingoji / Gyvoji ir gyvybę teikiančioji duona / Šiandien skelbiama.

Tai duona, kuri ant šventosios vakarienės stalo / Pulkuvi dvilikos brolių / Neabejotinai buvo duota.

Lai gyrius būna pilnas ir garsus, / Džiaugsmingas ir puošnus / Sielos džiūgavimas.

Juk iškilminga diena švenčiama, / Kurią prisimenamas pirmasis / Šios puotos įsteigimas.

Šioje naujojo Karaliaus puotoje / Naujojo įstatymo naujoji Pascha / Užbaigia senojo būvio laikmetį.

Senuosius dalykus maino naujieji, / Sutemas išsklaido tiesa, / Naktį šviesa sunaikina.

Ką per vakarienę Kristus atliko, / Tai prisakė daryti / Jo atminimui.

Šventųjų įstatų pamokyti, / Duoną ir vyną pašvenčiame / Išganymo aukai.

Krikščionims duota tiesa, / Kad kūnu tampa duona, / O vynas – krauju.

Ko neapčiuopi, ko nematai, / Tą tvirtina gyvybingas tikėjimas, / Kuris pranoksta daiktų tvarką.

Skirtinguose pavidaluose – / Vien ženkluose, o ne daiktuose – / Slypi iškilūs dalykai.

Kūnas – tai valgis, kraujas – gėrimas, / Tačiau pasilieka visas Kristus / Kiekvieniame pavidale.

Kristus nesusmulkintas / Nesulaužytas ir nepadalintas / Visas priimančio priimamas.

A suménte non concísus, / non confráctus, non divísus: / ínteger accípitur.

Sumit unus, sumunt mille: / quantum isti, tantum ille: / nec sumptus consúmitur.

Sumunt boni, sumunt mali / sorte tamen inæquáli, / vitæ vel intéritus.

Mors est malis, vita bonis: / vide, parís sumptiónis / quam sit dispar éxitus.

Fracto demum sacraméto, / ne vacílles, sed meméto, / tantum esse sub fragméto, / quantum toto tégitur.

Nulla rei fit scissúra: / signi tantum fit fractúra: / qua nec status nec statúra / signáti minúitur.

Ecce panis Angelórum, / factus cibus viatórum: / vere panis filiórum, / non mitténdus cánibus.

In figúris præsignátur, / cum Isaac immolátur: / agnus paschæ deputátur: / datur manna pátribus.

Bone pastor, panis vere, / Iesu, nostri miserére: / tu nos pasce, nos tuére: / tu nos bona fac vidére / in terra vivéntium.

Tu, qui cuncta scis et vales: / qui nos pascis hic mortáles: / tuos ibi commensáles, / coherédes et sodáles / fac sanctórum cívium.

Amen. Alleluia.

## Evangelium

Sequéntia sancti Evangélij secundum Ioánnem (Ioann 6:56-59)

In illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem e bibit meum sánguinem, in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de coelo descendit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in ætérnum.

## Offertorium

Sacerdótes Dómini incénsus it panes offerunt Deo: et deo sancti erunt Deo suo, et non pólluent nomen eius, alleluia. (Levit 21:6)

Priima vienas, priima tūkstantis / Kaip pastarieji, lygiai taip pat ir anas, / Tačiau priimtasis nėra sunaikinamas.

Priima gerieji, priima blogieji, / Tačiau gauna nevienodą dalią / Gyvenimo arba žūties.

Mirtis tenka blogiesiems, gyvenimas geriesiems / Žiūrėk, kokia skirtinga / Vienodo priėmimo pabaiga!

Kai tik sakramentas bus laužomas / Nesvyruok, o prisimink, / Kad dalyje Jo tiek yra, / Kiek paslepia jis visas.

Nevyksta joks esybės suskaldymas, / Tevyksta vien tik ženklų laužymas, / Kuriuo nei stotas, nei dydis / Pažymėtojo ženklų nėra sumažinamas.

Štai Angelų Duona, / Maistas, pagamintas keleiviams, / Išties įsūnių duona, / Neduotina šunims.

Ji iš anksto nurodyta pavyzdžiuose, / Kai aukojamas Izaokas, / Kai Velykų Avinėlis pjaunamas, / Kai tėvams duodama mana.

Gerasis ganytojau, tikroji duona, / Jėzau, pasigailėk mūsų; / Tu mus ganyk, mus saugok, / Tu mus įgalink matyti gėrius / Gyvųjų žemėje.

Tu, kuris viską žinai ir pajėgi, / Kuris čia mus, mirtinguosius, gani, / Padaryk savuosius tavosios puotos dalininkais, / Paveldėtojais ir / Šventųjų piliečių bendrais. Amen. Aleliuja.

## EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 6:56-59)

Anuo metu Jėzus kalbėjo žydų miniai: „Kas valgo mano kūną ir geria mano kraują, tas pasilieka manyje, ir aš jame. Kaip mane yra siuntęs gyvasis Tėvas ir aš gyvenu per Tėvą, taip ir tas, kuris mane valgo, gyvens per mane. Štai duona, nužengusi iš dangaus! Ji ne tokia, kokią protėviai valgė ir mirė. Kas valgo šią duoną – gyvens per amžius“.

## OFERTORIUMAS

Viešpaties kunigai smilkalus bei duoną aukoja Dievui; ir dėl to jie bus šventi savo Dievui, ir nesuterš jo vardo, aleliuja. (Kun 21:6)